

Thurzó Kristóf halotti versei (1614). Thurzó Kristóf (1583–1614) szepesi és sárosi főispán 1614. április 7-én halt meg Szepesváran.¹ Temetése 'in magna frequentia magnatum baronum et nobilium' történt Lőcsén 1614. május 26-án. Az ispán igen fiatalon „sorvadásban való hosszas betegeskedés” után távozott az élők sorából.² A temetésére kiadott versgyűjteményt³ Stephanus Xylander (1572–1620) szepesváraljai lelkész készítette, a nyomtatás költségeit az elhunyt bátyja, a később nádorrá választott Thurzó Szaniszló (1576–1625) viselte.

A mű eredeti nyomtatványpéldánya nem maradt fenn, egyetlen kéziratos másolatát említi Harsányi István a Sárospataki Református Könyvtár *Collectio Csengeriana* iratai között,⁴ amely kézirata a szakirodalom jelenlegi állása szerint szintén elveszett.⁵

A szöveget ismerték és használták a 18. században: Samuel Klein (1748–1820) az evangélikus lelkészek életrajzait összefoglaló művében idézi a versgyűjtemény bevezetőjének azt a részét, ahol Xylander a Szepességen 1614 áprilisában zajló földrengésről beszámol.⁶ Újabb 18. századi említéssel találkozunk Wagner Károly (1732–1790) *Analectájában*, ahol ő Thurzó Kristóf biográfiájának kiegészítéséül a *Carmina Sepulchralia* teljes *Res gestae et sepultura* egységét idézi.⁷ Thurzó Kristóf megtérésével kapcsolatban néhány sort citál a versből Andreas Schmal (1706–1766),⁸ és megemlékezik a versgyűjtemény kiadásáról Daniel Klesch is a slavniki templom újrászentelésének alkalmából írt művében.⁹

Tudunk a kiadvány 17. századi említéséről is. Minden bizonnyal erre a halotti versgyűjteményre gondolt Abrahamides Izsák (1557–1621), amikor Thurzó György (1567–1616) temetésén tartott

¹ BAL Jeromos, *Szepesvára története*, Lőcse, Szepesmegyei Történelmi Társulat, 1914 (Szepesmegyei Történelmi Társulat Évkönyve, 13), 64.

² „Spectabilis ac magnificus Dominus Christophorus Thurzo, longa phtysi extenuatus et contabescens, pie obiit.” Závodszy György *naplója 1586–1624*, (Bél Mátyás kiadásának hasonmásával), ford. jegyz. bev. Tusor Péter, Bp., Universitas, 2011, 36, 66.

³ *Carmina sepulchralia super funus... Christophori Thurzo de Bethlenfalva, comitatus Scepusiensis perpetui eiusdemque et Sarosiensis comitatum supremi comitis... anno a Christo nato 1614. die 7 Aprilis, aetatis 31. Scepusii demortui et die 26 Maji Leutschoviae... sepulti. Conscripta et consecrata eiusdem memoriae et virtutibus per M[agistrum] Stephanum Xylandrum Leutschoviensem, ecclesiae Varaliensis pastorem et 24 regalum seniore. Leutschoviae [1614], Typis Jacob Klöz.*

⁴ HARSÁNYI István, *Magyar könyvesház, Adalékok Szabó Károly Régi Magyar Könyvtárának második kötetéhez = Magyar Könyvszemle*, 1913, 243.

⁵ RMNy 1076 számú rekord szerkesztői bejegyzésének alapján.

⁶ KLEIN, Johann Samuel, *Nachrichten von den Lebensumständen und Schriften Evangelischer Prediger in allen Gemeinden des Königreichs Ungarn*, Leipzig, Ofen, Lindauer, Diepold, 1789, I, 497–498.

⁷ *Analecta Scepusii sacri et profani pars IV. complectens genealogiam illustrium familiarum quae olim in Scepusio floruerunt.* Collegit et notis illustravit Carolus Wagner, Posenii et Cassoviae, J. M. Landerer, 1778, 128–130.

⁸ SCHMAL, Andreas, *Monumenta evangelicorum augustanae confessionis in Hungaria historica*, Pest, Osterlamm Károly nyomdájában, 1863, II, 138.

⁹ *Solennitas Inaugurationis Templi sive sacelli, quod Illustris, Spectabilis et Magnificus Dominus Dn. Sigismundus Toekoely L. B. de Késmark [...] In Castro suo Haereditario Schavnik Tractu Comitatus Scepusiensis Superiore noviter, eleganter sumtuoseque extruxit [...] descripta a M. Daniele Kleschio, Bartphæ, Typis Civit, 1670, 16.*

orációjában¹⁰ megemlíti a Thurzó-testvérek (Kristóf és Miklós) temetési költeményeit. Véleménye szerint ezek a szövegek túlságosan siránkozóak (*lugubres*), ő sokkal inkább ettől vidámabb dolgokkal kedveskedne annak a családnak, akinek csaknem tíz éve az oltalmában van.¹¹ Az általa említett Thurzó Miklós (?–1609) temetésére készült szöveg mára nem maradt fenn és Abrahamides beszédén kívül a mű egyéb említésével sem találkoztam.¹²

Szerencsés módon a Thurzó Kristóf temetésére készült versgyűjtemény eredetijének két teljes 18. századi másolata fellelhető: az egyik az Országos Széchényi Könyvtár Kézirattárában, a másik a Sárospataki Református Kollégium Nagykönyvtárának kézirategyűjteményében.¹³

Az Országos Széchényi Könyvtár példánya a Wagner Károly másolataiból, illetve vegyes genealógiai feljegyzéseiből összeállított kötetes kéziratok között található,¹⁴ a sárospataki változat a 2006-ban Oroszországból hazaérkezett Csengeri Gyűjtemény egyik kötetében.¹⁵ A két kézirat szövege egymással megegyezik, a Csengeri Gyűjtemény darabja csak annyiban tér el a Wagner-féle másolattól, hogy az eredeti margináliákat is feltünteti a lapszéleken. Wagnernél ezek hiányoznak.

A szöveg négy tematikus egységből áll: Xylander előszavát a halál elkerülhetetlenségéről és Krisztus könyörületességéről szóló vigasztaló vers, a *Mors beata* követi. Harmadik egységként Thurzó Kristóf fontosabb életbeli eseményeit – tanulmányait, házasságát, katonáskodását, vallásért tett szolgálatait – megőrkítő *Res gestae et sepultura* áll, amit egy-egy latin epigramma és annak német nyelvű fordítása zár.¹⁶

A latin nyelvű epigramma valószínűleg a halotti zászlón szerepelt, ahogyan ezt a másolat *Epigramma ex altera parte vexilli ubi domini comitis imago Christum crucifixum adorantis conspicitur* felirata tanúsítja. Gyakori – bár ebben az esetben erre vonatkozóan nincs említés – hogy a családi címer is az epigrammával egy zászlóoldalon szerepelt. Thurzó Kristóf halotti zászlóján látható

¹⁰ Hrochotius, Isaacus Abrahamides *Oratio Exequialis Illustrimo Comiti ac Domino D. Georgio Thurzoni de Bethlenfalwa Comiti de Arwa ejusdemque Comitatus Arvensis perpetuo Comiti Regni Hungario Palatino* [...], Lőcse, Daniel Schultz, 1617. (A továbbiakban: *RMNy* II 1141.)

¹¹ *Paucis ab hinc duobus ex illustri ista familia coronae filiis Domino Nicolao et Domino Christophoro Thurzonibus comitibus terrae Scepusiensis, cum funebria persolverem, constitui familiae, sub cujus umbra post Deum totum exigo decennium gratificari non hujusmodi lugubribus, sed laetioribus, si quibus possem. RMNy II 1141, 8.*

¹² Wagner Károlytól annyi azonban tudható, hogy Miklósnak is nagy pompával megrendezett temetése volt. A ceremóniát a galgóci templomban tartották, a testet pedig a várban helyezték el. *WAGNER 1778, i. m. 127.*

¹³ A szöveg teljesebb elemzésére a Miskolci Egyetem Irodalomtudományi Doktori Iskolájában készülő disszertációmban („Tanulmányok a genealógia fogalmi változásáról a Thurzó család példáján”) kerül sor.

¹⁴ Az először Wagner Károly, majd Jankovich Miklós tulajdonát képező vegyes genealógiai feljegyzésekből összeállított kötetes kéziratok között: A kötet jelzete: Fol. Lat. 217. A kézirat az első kötet 40v–43. lapjain található és más Thurzókra vonatkozó adatok, illetve Thurzó Elek végrendeletének 18. századi másolata követik.

¹⁵ *Collectio Csengeriana (Historia Iuridica)*, 402/7, 99r–105r a Sárospataki Református Nagykönyvtárban.

¹⁶ Vers a Filippibeliekhez írt levél egyik sorára épül („Mert nékem az élet Krisztus és a meghalás nyereség” Phil, 1,21), de a szöveg több ponton egyezést mutat az evangélikus énekeskönyv 345-ös számú darabjával („Auf meinen lieben Gott”). Az ének szövegének szerzője ismeretlen, eredetét a lübecki énekeskönyvhöz („Lübeck vor 1603”) kötik. *Evangelisches Gesangbuch*, Frankfurt am Main, Spener, 1998 (2. kiadás).

megfeszített Krisztus és a hozzá könyörgők képe Thurzó Elek halotti domborművén is megtalálható, ami a krisztusi feszületnél térdelő főurat ábrázolja felesége és leányai társaságában.¹⁷

Carmina sepulchralia

super funus

spectabilis et magnifici comitis ac Domino Domino Christophori Thurzo de Betlenfalva Co[m]t[at]us Scepusiensis perpetui, ejusdemque et Sarosiensis Comitatum supremi comitis, liberi baronis arcium Szepes, Baymocz, Sempthe, Galgocz et Themetwin d[omi]ni in Richno, equitis aurati ac Sacrat[issi]mae Caesareae Regiae[ue] Ma[ies]t[at]is cubicularii Anno a Christo nato 1614 die 7. Aprilis aetatis 31¹⁸ demortui et die 26. Maii Leutschoviae metropoli gepidarum in magna frequentia magnatum baronum et nobilium honorifice sepulti.

Conscripta et consecrata ejusdem memoriae et virtutibus per M[agistrum] Stephanum Xylandrum Leutschowiensem Ecclesiae Varaliensis pastorem et 24. Regalium seniore.

Leutschoviae

Typis Jacobi Klöz expressum.

Spectabili et Magnifico Domino Domino Stanislao Thurzo de Bethlenfalva Terrae Scepusiensis Perpetuo Comiti, Libero Baroni Arcium Szepes, Baymotz, Sempthe, Galgocz et Themetwin Domino in Richno. S[acrae] C[aesarea] R[egiae]q[ue] Ma[ies]t[at]is Consiliario et Cubiculario D[omi]no et Mecaenati suspiciendo gratiam et pacem a Domino precatur.

Spectabilis et Magnifice Comes ac Domine Domine et Mecaenas mihi suspicende. Pelopidae Thebanorum duci clarissimo socii pro quibus ceciderat Marco vero Marcello¹⁹ Consuli Romano non minus progenie, quam rebus pro libertate patriae gestis celeberrimo hostes, a quibus interfectus fuerat funus fecisse Plutarchus in Marco Marcello com[m]emorat.²⁰

Circumventus enim ad Venusiam ab Annibalis Militibus in insidiis collocatis et occisus Marcellus obstupuit Annibal, atq[ue] annulo ejus ablato corpus eximie ornatum et cultum honorifice cremavit. Reliquias in argenteam conditas urnam injecta aurea corona remisit ad Marcelli filium, qui parentem, ut refert Livius, magnifico funere efferri curavit.²¹ Fortunatu[m] autem illud esse, si a sociis et amicis, ideoq[ue] optandum at excellentius praestantiusq[ue], si ab hoste quis sepeliatur, idem author est Plutarchus. Illic enim inquit com[m]odum potius et fructus, quam virtus diligitur, hic vero inimicitia virtutem infestam honorat, eidemque gratiam debitam pendit.

Ego vero Sp[ectabilis] et Mag[ni]f[i]ce Comes fortunatum esse judico illum, qui rerum²² praeclare gestarum laude, suisque virtutibus clarior factus in pace et inter amicorum preces atq[ue] suspiria moritur fortunatiorem, imo fortunatissimum, qui in vera agnitione [Chris]ti

¹⁷ A lőcsei Szent Jakab templom Thurzó-síremlékeiről: LUDIKOVA, Zuzana, MIKÓ Árpád, PÁLFFY Géza, *A lőcsei Szent Jakab templom reneszánsz és barokk síremlékei, epitáfumai és halotti címerei (1530–1700)* = *Művészettörténeti Értesítő*, 2006, 327–410.

¹⁸ Sárospataki kéziratban ezen a helyen még: „Scepusii”.

¹⁹ Margón: „Diversitas sepulturarum apud gentiles”.

²⁰ PLUTARKHOSZ, *Párhuzamos életrajzok*, ford. Máthé Elek, Bp., Osiris, 2005, II, 43 (Sapientia Humana).

²¹ Titus LIVIUS, *Ab urbe condita libri*, XXVII, 28.

²² Margón: „Apud Christianos”.

actum vitae suae ultim[um] claudit, ejusdem verbo et merito sese consolatur, fidem capiti et cordi supponit. Longe enim beator hic ipso Platone, qui cum moreretur Sophronis Sententiarum Scriptoris libros capiti supponi mandavit.²³ Nam teste Lactantio Firmiano libr[o] 3. Divina[rum] Institutionum: si vita in Dei religione transacta malum non est, quia translatio²⁴ est ad im[m]ortalitatem, si aliter malum sit, necesse est quoniam ad aeterna supplicia transmittit.²⁵ Et S[ancti] Joannis Apocal[ypsis] 14. beatos praedicat istos, qui in D[omi]no moriuntur.²⁶ Eamq[ue] ob causam ita demortuos merito honesta prosequimur sepultura, ut laudabilibus eorum virtutibus debitam gratiam reponamus.

Horum in numero cum iure optimo censendus sit sp[ectab]l[is] et m[a]g[n]if[ic]us comes ac Dominus Dominus [Christo]phorus Thurzo Sp[ectab]l[is] M[agnifici] V[estri] frater carissimus beatae recordationis, qui nuper iter suum, quod ut caeterorum quoq[ue] hominum nunquam sine exitu teste Seneca in Ep[isto]lis, et in ipso aetatis flore annos tantum natus triginta et unum absolvit de cujus obitu illud poetae recte usurpare possumus:

Si numeres annos, juvenis discessit, at aetas

Non numerosa facit, sed benefacta senem.²⁷

Ego equidem pro mea parte cum viderem Sp[ectab]l[em] M[agnificum] V[estrum] in honorificia, imo in magnificia sepultura facienda occupatissimam, eandem quoq[ue] condecorare volui ea ratione, qua talentum mihi divinitus concessum patiebatur, nempe carmine sepulchrali. In quo praeter illa, quae fuerit consolatio d[omi]ni comitis desperate decumbentis, quaeq[ue] e[ss]e debeat omnium christianorum aliquando feliciter mori cupientium, de morte ipsius beata aliquid agitur, deinde de virtutibus et rebus praeclare gestis brevissima narratio instituitur, quae nullo unquam tempore sunt inter moritura.

Pro fragili enim et ficulnea hac vita vitam sibi triplicem comparavit: aeviternam unam, ubi cum Deo, angelis, caeterisq[ue] coelitibus nunc laetatur, im[m]unis laborum, curarum, morborum, ubi extra teli jactum omnia tutus videt, nec universum²⁸ terrarum orbem cum vitae illius coelestis punctulo minimo permutare desiderat. Alteram qua vivit in orbe virtutibus suis, ut dixi et beneficiis in ecclesiis quae fama nunquam oblitterabit illustris factus. Nam ut psalmus 112 promittit:²⁹ in memoria aeterna erit justus.³⁰ Magnam enim a centum jam annis ab Uladislao et Lodovico Regibus Hungariae inchoando Thurzonum familia hoc nomine laudem meruit, Georgius³¹ praesertim Camerae Regiae praefectus et Stanislaus princeps et ep[iscop]us Olo-

²³ Xylander által idézett anekdota előfordul még többek között Valerius Maximusnál (*Facta et dicta memorabilia* 8,7.3) és Quintilianusnál (*Institutio oratoria* 1,10,17). Újkori felhasználói között például Vossiusnál: „Nec aetate his Platonis erga Sophronem ardor deferbuit. Nam semper iis indormiebat, imo etiam cum moreretur capiti suppositos habuisse traditum est” (*Poeticarum Institutionum Libri Tres*, II, 33,4).

²⁴ A sárospataki kéziratban: „transactio”.

²⁵ LACTANTIUS, Lucius Caecilius Firmianus, *Divinae institutiones*, III, 18,1.

²⁶ Jel, 14,13.

²⁷ Az ókori toposz egyik újkori felhasználója volt Franciscus Thorius/François De Thoor (1525–1601). Költőtársának, Petrus Lotichiusnak/Peter Lotznak (1528–1560) búcsúversében megtalálható a Xylander által idézet verssor. *Leben und Wirken der vorzüglichsten lateinischen Dichter des XV–XVIII. Jahrhunderts*, Hrsg., Peter Aleant Budik, Wien, 1828, III, 223.

²⁸ Margón: „Dominus Comes mortuus triplicite vivit”, alatta: „1. In coelis”.

²⁹ Helyesen ez a 111-es zsoltár. „Dicsőség és méltóság az ő cselekedete és igazsága megmarad mindvégig.” Zsolt, 111,3.

³⁰ Margón: „2. In virtutibus”.

³¹ Margón: „Thurzonum familia”.

mucensis testibus Joanne Sambuco in appendice Bonfiny et Beato Rhenano praefatione in Tertullianum: Qui reges, verbis authorum utor, egregiam Thurzororum fidem ac prudentiam jam olim exploratam habuerunt, et beneficys non contemnendis liberaliter exornarunt, quorum virtutes Moravia suspexit, Germania admirata est, imo Ursinus Velius, Huttenus Eques Germanus, Joachimus Vadianus et Janus Dubravius poetae et historici clarissimi aeternorum monumentorum praeconiis im[m]ortalitati consecrarunt.

Non vero olim tantum hoc ipsum familia vestra meruit, verum etiam apud reges et imperatores subsequentes retinuit et huius[ue] illibate custodivit et conservavit. Tertia deniq[ue] vita vivit in Sp[ectab]l[i]lis M[agnifice] V[est]re utpote fratris sui clarissimi vita, vivit in illustri familia et cognomento Thurzoniano. Vitam hanc triplicem inquam vivit,³² ab omnibus me hercule exoptandam, ipsi neutiquam invidendam.

Hunc autem meum qualemcunq[ue] laborem poeticum Sp[ectab]l[i]li M[agnifico] V[est]ro dedicare volui, ut tanquam sub Herculis clypeo tutus esse possit. In quo Homerus Iliados³³ libro 18 musas depictas fuisse scribit, indicare volens musas protectione principum et magnatum opus habere.

Deinde propter beneficia et ab illustri familia vestra et a demortuo d[omi]no comite in me collata, quae si tacerem, ingratitude mihi notam inurerem. Accedit et hoc, quia ex ejusdem demortui d[omi]ni comitis ore et relatione pleraq[ue] habeo accepta, quae de rebus gestis alio fateor praecone dignis conscripsi, tandem quia eidem decumbenti adfui et tanquam alter medicus animae ex verbo Dei consolationes suggessi, imo in absentia r[ever]endi viri d[omi]ni Joannis Mihalyko³⁴ concionatoris aulici sacramentum caenae d[omi]nicae viaticum ad aeternam vitam saluberimum, pharmacum et cibum im[m]ortalitatis, ut patres loquuntur, eidem porrexi εὐδαναξίας hujus magnatis inter caeteros spectator et testis oculatus existens.³⁵

Quem ut S[pectab]l[i]lis M[agnifice] V[est]re benevolo excipiat vultu meq[ue] favore prosequi porro non desistat, submisce rogo. Clementissimus Deus V[est]re S[pectabili] M[agnifice] suo saruto spiritu una cum vidua maestissima Susanna Erdődyana consoletur et residuum familiae vestrae conservet, atq[ue] in mille generationes multiplicet cui S[pectabili] V[est]re M[agnifice] com[m]jito. Datae Warallii die 20. Maii Anno 1614.

Quo ipso anno circa medium Aprilis³⁶ prope pagos Andrejova et Czarna dimidio milliari a libera regiaq[ue] ci[vi]tate Bartphensi situs, magna pars montis cuiusdam terrae motu et horribili hiatu absorpta perruptis petris durissimis, arboribusq[ue] altissimis inversis, ut apices tantum et radices arborum in profundo non sine capitis vertigine conspiciant[ur]. Pars montis collapsa rivulum pagos alluentem obstruxit congestis aquis, sed post dies aliquot incolis metu inundationis fugientibus disrupta, ut Ossa et Olympus in Thessalia.³⁷ Scrisura ista et hiatus quemadmo-

³² Margón: „3. In familia”.

³³ Margón: „Causae dedicationis”.

³⁴ Mihálykó János evangélikus lelkész Eperjesen született. 1593-ban rövid ideig a wittenbergi egyetemre is beiratkozott. 1613-tól Szepes várában a Thurzó-család, később Murányban a Széchy-család lelkésze volt. Az örök életről evangélikus elmékedést fordított németből, illetve imádságos könyvecskét adott ki ez utóbbit a Thurzók támogatásával.

³⁵ Margón: „Conclusio”.

³⁶ Margón: „Ingrata novitas”.

³⁷ Az Ossa és Olympus csúcsáig értő áradat antikvitásból eredő leírása Janus Pannonius *Árvíz* című versében is olvasható („Azt sem látni, hol is volt egyszer domb, falu, fák, csak / tengert látni, a víz jeltelen arculatát / Peneus is nyilván így tört rá Emathiára, / hogy csak az Ossa s Olymp orma maradt szabadon.”)

dum ex fide dignis accepi, qui die Philippi et Jacobi Bartpha ad contemplandum locum egressi a plaga septentrionali ad orientalem ad mille in longitudine in latitudine ad 200 passus geometricos circiter sese extendit. Aliqui rupturam istam prodigiosam ex imprecationibus ruthenorum de monte altercantium factam arbitrantur: Deus enim non irridetur.

Ego vero omen sube[ss]e auguror permotus exemplorum ante actorum observatione imprimis Anni 1443 de quo Funecius³⁸ in Chronol[ogia] et Com[m]entariis³⁹ consulatur. Plinius quoq[ue] libro 2 cap. 84. scribit:⁴⁰ nunquam urbem Romam septicollem tremuisse, ut non futuri eventus alicuius id praenuncium esset.

S[pectabilis] V[estri] M[agnifici]

humilis servitor M[agister] Stephanus Xylander.

Carmina Sepulchralia

in obitum

illustris et mag[ni]f[ic]i c[omit]is ac

D[omini] D[omini] Christophori Thurzo de Bethlenfalva

I. Mors beata

Ille meus quondam studiorum heu fata patronus⁴¹

Regulus in Saaros, Scepusiiq[ue] comes

Ille baro, recti custos, imitator honesti

Quales prisca viros, fama[ue] novit anus

Ille auratus eques et magnae robore mentis

Olim subiuxus Marte etiam arte potens

Destituit primos virides Christiferus⁴² annos

Unica sex lustris addita messis erat

Namq[ue] omnes, qui mortales has carpinus⁴³ auras,⁴⁴

Semper ad interitum turba parata sumus

Nil aurum, nil pompa valet, nil sanguis avorum

Excipe virtutem, caetera mortis erunt

Nil artes herbaeq[ue] valent, succiq[ue] potentes

Vivimus, exacto tempore fata vocant

³⁸ Johann Funck (1518–1566), lutheránus teológus.

³⁹ *Chronologia ab orbe condito* I–III. (Nürnberg, Königsberg, Wittenberg, 1545–1578).

⁴⁰ „Sed Pythagoras interdum et musica ratione appellat quantum absit a terra luna, ab ea ad Mercurium dimidium spatii et ab eo ad Veneris, a quo ad solem sescuplum, a sole ad Martem tonum [id est quantum ad lunam a terra], ab eo ad Iovem dimidium et ab eo ad Saturni, et inde sescuplum ad signiferum; ita septem tonis effici quam *dia paswn armonian* hoc est universitatem concentus, in ea Saturnum Dorio moveri phthongo, Iovem Phrygio et in reliquis similia, iucunda magis quam necessaria subtilitate.” PLINIUS, *Historia naturalis*, II, 84.

⁴¹ Margón: „Fragilitas nostra”.

⁴² Xylander nyelvi játéka: Christiferus – Christophorus.

⁴³ A sárospataki kéziratban: „Capimus”.

⁴⁴ Margón: „Ratio”.

Cumq[ue] manu assiduae rapiamur mortis avarae⁴⁵
 Mox alii subeunt, qui loca nostra petunt
 Sed licet occubuit, t[amen] haud jacet inclyta Virtus
 Quam Mars in vita vivere morte facit
 Ad stygias autem Thurzo hic ne pergeret umbras
 Parcarum premeret cum scelerata manus
 Mox Christum arripiens clypei vice, spicula mortis
 Et superat Stygii tela cruenta ducis
 Per mare qui Christum tulerint, hos per mare mortis
 Ipse feret, ferri si cupis, ergo feras
 Non meritis fretus propriis pater optime dixit
 Hasce preces vultus fundimus ante tuos
 Sed tibi quod patriam clementia plurrima mentem
 Tangit, in hanc solam stat mea iuxta fides
 Per te, per Dominum casta de virgine natum
 Excipe submissas molliter aure preces
 Omne adeo crimen tua lex condemnat et ipsam
 Naturam, quae nos non sinit esse bonos
 Omne etiam in crimen justa succenderis ira
 Nec citra poenam est ulla remissa lues
 Iustitiam rigidam tamen indulgentia mitis
 Vincat et hic ira mixtus abundet amor
 Et poena a nobis in natum versa recedat
 Nam caro nato carior hostis eram
 Dixit et obtinuit veniam, caeliq[ue] monarcha
 Mox ipsum aeternas iussit adire domos
 Nulla ubi praecipiti voluuntur secula cursu,
 Nec rapit occiduum nox tenebrosa diem.
 Nullum ubi morborum genus est, ubi nulla fatigat
 Cura animos, sancti nil ubi triste timent
 Sed pax alma tenet regnum, dulcisq[ue] voluptas
 Laetitia et dempto fine perennis adest.
 His tu sum[m]e parens, qui mortis jura gubernas
 Fac nos perpetuo tempore posse frui.

II. Res gestae et sepultura

Quas tua adiit Thurzo Illustrissime terras
 Gloria? Christophorum quae tacitura dies?
 Laeta novum mundo natura faventibus astris
 Addidit in lucem te veniente decus
 Pegasidum ductu iuvenili strenuus aevo
 Tinxisti studys pectora prompta tuis
 Slesiacis fama jacet urbs celeberrima terris
 Vratslavii illa ducis nobile fertur opus
 Altera sed caput Alsatiae est argentea dicta

⁴⁵ Margón: „Consolatio nostra”.

Hospitium musis, quae tribuere tuis
 His ita gustatis, rerumq[ue] potitus haberis
 In patriam pietas te trahit inq[ue] Deum
 Nec frustra, nam rursus amat te caesar et ipsa
 Patria moxq[ue] dedit praemia digna Deus
 Pannona te venerata ferox gens, norat et Ister
 Quid tibi virtutis justitiaeq[ue] foret
 Mollisti in nata leges bonitate severas,
 Sontibus infestus supplicibusq[ue] bonus
 Ingenio celeri rexisti instantia fata
 Et mox consilium resq[ue] locusq[ue] dabant
 Hinc tibi cum dignus, cumq[ue] acceptissimus esses
 Erdődy natam junxit amore suam
 Et licet exstiteris⁴⁶ fidei desertor et hostis
 Humana fingens pro ratione Deos
 Attamen inspiciens tenebras te poenitet acti
 Christi ideo amplexus lucida verba, redis
 Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus
 Agminaq[ue] educens agminis instar eras
 Invidiae stimulis, regniq[ue] cupidine coecus
 Cum D[uce] Lippaio rusticus arma capit
 Scepusiumq[ue] petens numeroso milite castrum
 Conseruit saeva proelia dura manu
 Isthic adversi fractus certamine Martis
 Reflexit profugum mox sine laude pedem
 Bohemicus quantum nostro sit milite miles
 Inferior sensit Praga subacta manu
 Tunc ubi Mathiae sceptrum et tradenda corona
 Pars fuerat belli credita magna tibi
 Cum patriam incessit belli discordia nutrix
 Dissuades rabida sum[m]ere tela manu
 Sincere peragi curasti iura sacrorum
 Indixti leges cum pietate bonas
 Praecipue Christi servos complexus honore
 Plantasti augustae religionis opus
 Te fateor poterant revocare Machaonis artes
 Foedere qui sacro tunc tibi iunctus erat,
 Tantus at affluxit morbi lethalis acervus
 Vincere quem medicae non potuere manus
 Scilicet haud voluit producere tempora numen
 Nec licuit fixum transiluisse diem
 Amisso tristes conventus praeside lugent
 Moesta suum deflet subdita turba patrem
 Stanislai Leutschoviam cura translata, dolentes
 Hoc tua sub tumulo clarissimus ossa, Vale

⁴⁶ A sárospataki kéziratban: „extiteris”.

Patrono incomparabili amari
 doloris plenus conscripsit et apposuit
 M[agister] Steph[anus] Xylander Eccl[esiae] Waral[iensis] Pastor.

III. Epigram[m]a ex altera parte vexilli,
 ubi D[omi]ni comitis imago⁴⁷ [Chris]tum crucifixum
 adorantis conspicitur.

Mors scelerum poena est, eademq[ue] est maxima merces
 Namq[ue] mali finis principiumq[ue] boni est.
 Gratia Christe tibi, quod mortem morte tulisti
 Quodq[ue] tua vita est reddita vita mihi
 Quod miseram hanc vitam mutasti morte beata
 Vita fuit funus, mors mihi foenus erit.

Translatum in vernaculum sermonem
 eodem authore

Der Todt die Sündt des Menschen strafft
 Der Todt ein grossen nutzen schafft
 Denn er des bösen macht ein endt
 Und alles guts in uns anfengt
 Herr Christe dir ich dancken kan
 Dass due den Todt hast abgethan
 Und durch das kreftig leben dein
 Mir widerbracht das Leben mein
 Auch dises Lebens bitterkeit
 Verwandelt hast in ewige freudt
 Ob gleich ein leich ich worden bin
 So ist doch sterben mein gewin.

SZÓKE KORNÉLIA

⁴⁷ A szó Wagner Károly másolatában utólagos beírás.